



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

9. An sit præceptum sub veniali corripeindi peccata venialia? Ex p. 7. t. 3.  
r. 7.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

3. Sed supposita contraria sententia, difficultas vero est, an particulares Religiosi teneantur, sicut Praetati, sub eodem onere corripiere fratres de peccato veniali? Affirmative responderet Coninch. *vbi si* *suar. disp. 28. dub. 3. n. 24.* vbi sic afferit. Certum est superiorem Religiosum teneri in suis subditis corrumpere peccata venialia, quando alias imminet periculum, ne disciplina religiosa magna ex parte dissoluatur, quia tenetur, quantum potest, dare operam, ut hec tota integritate feruerit. Inde credo certum esse, quemus etiam priuatum, praesertim si sit membrum illius Religionis, teneri ad eiusmodi correctionem, quando commode potest, & sperat fructum; quia talis dissolutio est graue valde malum ipsius Religionis; siue totius communis, quod ille ex charitate, & fide, quam debet matri suæ, scilicet ipsi Religioni, tenetur impetrare. Ita Coninch. Sed citati DD. hoc onus in tali casu imponunt solùm super humeros Praetorum, & nihil afferunt de Religiosis particularibus. Ergo, &c. Cogita.

#### RESOL. IX.

*An sit preceptum sub veniali corripiendi peccata venialia? Ex p. 7. tr. 3. Ref. 7.*

In loco §. 1. **A**ffirmativam sententiam docet Valentia *Act. post mentis Verit. rez de Char. disp. 8. sect. 2. num. 6.* & Villalobos *in Summa tom. 2. tract. 4. difficult. 2. num. 5.* Lorca *in tract. 2. 2. disp. 41. num. 9.* Hurtadus *volum. 2. 2. 2. disp. 162. sect. 8.* Galpar Hurtadus *disp. 6. de Cor. 2. difficult. 5.* Et hanc sententiam docet etiam Castrus Palau *tomo 1. tract. 6. disp. 3. punct. 3. num. 3.* Mouetur etiam ratione adducta à Valentia: Charitas & amicitia, & misericordia in proximum non solùm te obligat, ne illi confundas, vel eum adiuves ad peccandum venialiter, sed etiam ne permittas cadere, cum commode potes a casu removere: sicut in temporalibus non solùm obligaris damnum etiam leue non inferte proximo, sed etiam præcauere, cum possis. Deinde vñusquaque tenetur proximum, sicut leplum diligere, volendo scilicet proximo ea, quæ tenetur velle sibi: sed tenetur quis sub peccata veniali yelle in effectu, & procurare sibi immunitatem à quo peccato veniali: ergo etiam proximo.

2. Verum negatiæ sententia adhærent Trulench, *in Decalog. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 14. n. 4.* Dunalius *in 2. 2. tract. de Charitate, quest. 9. art. 2.* Filiacus, *tom. 2. tract. 28. cap. 5. num. 118.* Reginaldus, *tomo 1. lib. 4. cap. 25. num. 333.* Franciscus del Castillo, *in 3. sentent. tomo 2. disp. 6. de correç. quest. 3. parte 2. num. 9.* Torres, *in 2. 2. quest. 33. art. 2. dub. 2.* Reginaldus, *tomo 1. lib. 4. cap. 25. n. 333.* Azorius *tomo 1. lib. 12. cap. 4. quest. 4.* Sà, ver. *Correç. num. 5.* & alij. Et ratio est, quia per peccatum veniale frater non est perditus: Ergo correccio, que ad lucrandum fratrem ordinatur, ex illo Matth. 18. *Si te audierit lucratus eris fratre tuum,* in peccatis venialibus locum habere non potest. Secundò, a peccatis venialibus facillimo negotio se potest quis liberare, vel in Sacramento, vel extra: Ergo non indiget auxilio alterius. Tertiò, est graue iugum hanc obligationem hominibus imponere, cum omnes in periculo peccandi venialiter frequentes sint.

3. Sed haec argumenta parum virgent, nam fateor Chistum Dominum Matth. 18. locutum fuisse de correccione peccantis mortaliter, non venialiter. At inde non inferitur non esse preceptum de corrigen-do fratre peccante venialiter in illò precepto tacite includum, non quidem subculpa gravi, sed leui; quia

leuiter, & secundum quid per correctionem corrigitur frater. Ad secundum respondet facile posse peccantem venialiter se à peccato liberare, vt verò facilius liberetur, seu ut efficaciter liberetur, indiget correctione. Ad tertium dico non esse graue iugum, quia nec lepe speratur fructus ex correctione, neque constat de periculo proximi, neque facile abique verecunda eum potes corrigerre.

4. Sed purat Coninch *disp. 28. dub. 3. num. 31.* neutrum ex his sententias esse abolitum, & generatim veram; in modo credit auctores eam non intendere eas ita abolitum, & generatim alterare: atque adeo potest eos posse conciliari. Respondeo igitur primò, nos communiter non teneri fratrem corripiere ob sola peccata venialia, quando aliud non subest periculum: & hoc sat probant rationes pro secunda sententia allatae.

5. Respondeo secundò, valde tamen esse probabile, nos aliquando per se, & secluso alici periculo, sub veniali teneri fratrem corripiere ob peccata venialia, quando certae adsunt conditions, scilicet Primi, quod manifestum sit ipsius peccasse, & quidem in genere peccati venialis aliquo modo grauitate. Secundò, quod omnino commode, & sine peccantis offensione eum possim corripiere, itavt mortaliter aliquo modo certus sim correctionem profuturam, & nullo modo obfuturam. Hæc autem obligatio maximè habet locum, quando peccatum esset alii scandalo, trahendo eos ad imitationem. Ratio est, quia cum eiusmodi peccatum sit notable proximi malum, & vera Dei offensa; sincera Dei, proximique charitas exigit, vt id ab eo auerterat, quando id tam facilè facere possum: sicut mala proximi corporalia etiam levia tenuer ab eo auertere, quando sine vilo meo in commodo id facere possum. Ergo, &c.

6. His tamen non obstantibus, ego puto correctionem fraternalm pro venialibus non esse in pracepto, excluso aliquo casu, de quo infra quia Matth. 18. vbi potissimum istud praceptum à Christo declaratur, & iniungitur, supponit proximum, cui adhibenda est correccio, esse perditum, & aeternam damnationi obnoxium: alter enim non dixisset; *Si te audiuerit, lucratus eris fratre tuum;* cum ergo peccata venialia tantum ruinam in nobis cauissent, probable est ordinariè nos non teneri pro peccatis venialibus, fraternalm correctionem adhibere. Deinde si a esset singulis ferè momentis, homo ad id teneretur, propter quod peccata venialis sunt quotidiana, & sepius in die, id est, multoties in ea incidimus: hoc autem valde efficit incommodum & durum; sicut propriè & ordinariè tantum pro peccatis mortalibus ad correctionem teneantur.

#### RESOL. X.

*An in peccato Correctionis Fraternali detur parsitas materia?*  
Et docetur Praetatos Religionum peccare mortaliter, quando negligunt corrigerre peccata venialia in suis Religionibus committi solita, si ex correctionis omissione disciplina Regularis immittatur. Ex p. 5. tr. 5. Ref. 66.

5. 1. **R**espondeo correctionem fraternalm per se interdum ad mortale obligare, \* nam per accidens ratione levitatis materiae, vt obleruat Duualius in 2. 2. D. Thoma tract. de char. quest. 9. art. 2. ad 3. vt si proximus tantum peccauerit venialiter, regulariter loquendo omittere correctionem, non est peccatum mortale. Dixi regulariter propter Sotum,

A 2 4 qui